



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 7. Et pacti sunt pecuniam illi dare. v. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

PASSIO D. N. SECUNDUM LUCAM

¶ & ego eum vobis tradam? Et quid aliud potuit expectari ab eiusmodi homine nisi omne malum quem iem non ratio, non pietas, non honestas sed ipsum regebat diaboli suggestio.

O Latro pessime, quis te mercatorem facit non magister tuus, non eius instructio; sed tua avaritia, sed tua maledicta cupiditas. Quis te induxit facere huiusmodi nundinas: nisi tua malitia: quis te induxit premium ponere tuorum mercimoniorum in voluntatem emptorum? cetero non nisi tua falsitas. Omnia ista non didicisti in schola sancta Magistri domini nostri Iesu Christi. Sed docuit te magister tuus diabolus, cuius discipulum te fecisti, qui ex te Apostolo fecit latronem, mira metamorphosi, sed inter Apostatas à fide non infrequenti exemplo, & imitatione.

§. 6. Et gauissi sunt. v. f.

Impij, cum malefacere posse se vident, lætantur, ita hi principes, inimici Christi, in eius ruinam congregati lætabantur de ludis malevolentia, impietate, proditione &c occasione offerente se tam vltrone, quasi magno bono suo, quæ tamen secura erant magnum malum eorum. Ita sane faciunt omnes peccatores, si furti, si rapinæ, si adulterij, si homicidij in inimicopatrandi spes affulget micant oculi, gestiunt manus, pedibus stare nesciunt.

Domine Deus fateor multos ita esse dementes & vecordes, ut cum his principibus gaudeant de occasione malii patrandi, veruntamen scio & expetior multos esse etiam, qui & que imo feruentius gaudeant de occasione boni patrandi, vel bene patiënti oblata sibi. Ita certe faciebant illi Martyrum veteris tum noui orbis qui dolebant, si Martyrij occasio eis periret, gaudebant cum adueniret, in quorum numero est merito recentendala Felicitas, quæ cum tempus martyrij differeretur ei, quod esset grauida, et contristata.

§. 7. Et paceti sunt pecuniam illi dare. v. f.

Expleto eorum iniquo desiderio occasionis ad malum, quid aliud est peccati poterat quam & iniqua cooperatio, & offerentis tam optatz ieiunus compensatio. Itaque pro scelere pessimo, paceti sunt pecuniam dare, ut mercede iniquitatis, & constituerunt triginta argenteos, & sibi habuit Iudas proditor quod quererebat triginta scilicet argenteos, pro trecentis denarijs in coniuicio Bethaniensi sibi præceptis vel elapsis, munificencia Mariæ Magdalena erga Christum de qua iactura conquestus mutaratur.

Audio pactum, audio pecuniā, & video personas Ecclesiasticas & veteris & noui Testamenti, aduerto etiam quod de re omnium Sanctissima tempore

nempe Christo Domino pecunia paciscantur ille ut tradat, illi ut in suam postulatatem accipient? An igitur simonia, ista tractatio & simoniaci dicendi sunt tractatores? Non audeo, siquidem Simoniaci rem sacram quam emunt sua pecunia & pacis magni faciunt. Hi vero oderunt & vili pendunt. credo igitur hos omnes potius Iscariothiras appellari debere, id est homines, qui rem sacram vilipendendo vendunt vel emunt, quales pro dolor etiam hoc tempore multi sunt, qui rebus sacris autoritatem detrahunt & inter secularia bona reducunt, confiscent, & a maiorum voluntate deflectunt. Ego & Simonianos & Iscariothitas pariter damno, rei scio, & anathematizo, sic me Deus adjuvet.

§. 8. Et spopondit. v. 6.

Marcus & Lucas aiunt, quod Iudea pecuniam sint polliciti, quasi infinitè, Matthæus determinatè assertit xxx, argenteos esse illi constitutos. An igitur primo indefinitè pecuniam promissam dicemus, mox Iuda certum quid virgente xxx, esse addictos? Ita sane mundi cursus & mos agendi suadet. Etiam ita actum esse cogitare licet, quod principes pecuniam indefinitè paciuntur cum Iuda, ipsi apud se xxx. constituerint, & si ita factum credamus, magna fuit Iudea temeritas, & insana pecuniarum sitis, qui se exposuit, periculo minimam solum recipiendi monetam, vi pote pecuniam. O maledicte Iuda tanata cupiditas pecuniae est in te, ut pro tam modico vendas pretio Dominum & Magistrum, qui te fecit Apostolum, & procuratorem tuum, & se & vitam, & Apostolos suos tibi commisit alendos. Quid dicam? pecunia obediunt omnia. Regina pecunia. O ciues, ciues quarenda pecunia primum est. ista & similis sunt in Simoniacorum & Iscariothitarum Gymnasis prima elementa. Causas ergo tibi quisquis es, ô Christiane, ne calefacias cor tuum incendio avaritiae, alioquin es futurus socius proditoris, cum affeclis suis, Achan, filiis Samuelis, Saul, & Giezi, qui declinauerunt omnes post avaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium: ideo & temporaliter puniti sunt & æternè, quorum aliqui Ducatum suum perdiderunt, alias regnum Iudeorum, tertius lepra percussus, primus etiam vitam cum dedecore amilis. Orabo igitur ad Dominum cum Propheta: Inclina cor meum Domus in testimonia tua & non in avaritiam.

§. 9. Et quarebat opportunitatem ut traderet eum sine turbis. v. 7.

Opportune utique quantum ad tempus, & locum. Et tempus quidem nocturnum elegit, dies vero a zymorum locum vero extra Civitatem horum Getemani, quem saepius visitare solebat Christus ad orandum, quo turbas conuenient non consuecrant, maxime circa tempus nocturnum

quod

B